

1 in basi marmorea ANGELIC.; in lapide quadrato vetusto REDIAN.; in quadrato vetustissimo PEUTING.; in columella marmorea DONI. In Hostia Tiberis prope Romam XII pass. CYR. (MARCIAN.). Apud Hostiam ANGELIC. et sic vel ex Hostiensi oppido RELIQUI PLERIQUE; 'modo non extat' addit IVC.

LITORIBVS VESTRIS QVONIAM CERTAMINA LAETVM
EXIBVISSE IVVAT CASTOR VENERANDEQVE POLLVX
MVNERE PRO TANTO FACIEM CERTAMINIS IPSAM
MAGNA IOVIS PROLES VESTRA PRO SEDE LOCAVI
5 VRBANIS CATIVS GAVDENS ME FASCIBVS AVCTVM
NEPTVNOQVE PATRI LVDOS FECISSE SABINVS

Semel ex lapide descripta est, a Cyriaco sine dubio. Exhibent codices Cyriacani Marcianus XIV, 124 f. 142 et Angelicanus D 4 18 f. 14'; deinde compilatores Marcanova Bern. f. 80, Mut. f. 83' et f. 205; Felicianus Marcian. f. 85, Ver. p. 143; auctor codicis Rediani f. 115'; Lilius Helmst. f. 48'; Ferrarinus Traiect. f. 95, Reg. f. 17' et f. 124'; Iucundus Ver. f. 150; Alciatus Feae f. 142'; Peutinger Aug. 527 f. 74' (inde Apianus 182, 3, ex quo Gruter. 99, 2; hunc emendat nescio ex quo codice Fabrettius emend. Gruterian.). Exhibent praeterea Donius 4, 55 cui 'exscripsit G. Naudaus' scilicet ex codice aliquo; ex Donio, adhibitibus schedis nescio quibus Ambrosianis, Murat. 353, 4; Pithoeus epigr. I p. 5; Burmann anthol. 1, 47.

Variam lectionem adposui plenam codicum Marciani et Angel. Cyriacorum, plenam exceptis orthographicis Marcanovae Feliciani Lillii codicis Rediani Iucundi Alciati Peutingeri. — 1 LITTORIBVS omnes praeter Cyriaci cod. Angel. — NOSTRIS Angel. Marcan. Red. Iuc. Alc. Peut. — CERTAMINE Cyr. (Marc. Ang.) Fel. Lil. Iuc., CERTAMINA Marcan. Red. Alc. Peut. et sic suprascriptum in Angel. — 2 EXIBVISSE traditur. — VIVAT Lil. — 3 IPSAM] HVIVS Marcan. Red. Iuc. Peut. idque etiam in Cyriaci cod. Ang. postea adscriptum est, AEQVAM Alciat. (item Murat., scilicet ex schedis quas laudat Ambrosianis). — 5 VRBANVS Felic. Lil. — CAVTIVS correctum in CATIVS Cyriaci cod. Ang., hoc postea correctum est in TACIVS; TATIVS Felic. Red., TACIVS Iuc. Alciat. Peut., TACITVS Marcan. — FASTIVS Felic. Lil. — 6 SABINVS Alc. Peut., item, sed correctum in SABINVS, Cyriaci cod. Ang., SATVRNVS Felic. Lil.

De ludis Castorum Ostiae a magistratibus urbanis celebratis praeter hoc carmen extant testimonia (composita a Mommseno huius corporis vol. I p. 385) Silvii fastographi sub die 27 Ianuar. (C. I. L. I p. 335: *ludi Castorum Ostiis, quae prima facta colonia est*) et Aethici p. 716 Gronov.: *ubi* (in insula inter portum urbis et Ostiam civitatem) *populus Romanus cum urbis praefecto vel consule Castorum celebrandorum causa egreditur sollemni iucunditate*. Praeterea Ammianus 19, 10, 4 ad a. 359 narrat, cum naves frumentarias annonae urbis destinatas tempestates adversae *introire portum Augusti non sinerent et urbs inopia vexaretur, repente tranquillitatem incidisse, dum Tertullus praefectus urbi apud Ostia in aede sacrificat Castorum*. Denique aedes Castoris et Pollucis memoratur in titulo Lucilii Gamalae n. 376, 13. — Ludos eos saeculo IV factos esse a praefectis urbis constat ex testimoniis supra relatis; antea eos fecisse videntur praetores urbani testificante ipso Catio Sabino his verbis: *urbanis gaudens me fascibus auctum*; nam haec rectius referuntur ad praetoram urbanam, qua Sabinum functum esse constat ex altero carmine huic simili quod dedicavit Herculi Romae ad aram maximam (vol. VI n. 864), quam ad praefecturam Sabini (ut voluit Corsinus series praef. urbi p. 145) de qua nihil traditur. Cf. Mommsen *Staatsrecht* 2² p. 1034 not. 4. — Catus Sabinus cos. II ordinarius fuit a. 216.

2 puteal rotundum marmoreum. Ostiae rep. in fossionibus anni 1802/3. Nunc Romae in museo Vaticano (*Gall. lap. intranti a dextra*).

in superficie marginis superioris, litteris ita circulo dispositis, ut incertum sit, unde incipias:

MONITV · SANCTISSIMAE · CERERIS · ET · NYMPHARVM · HIC · PVTEVS · FACTVS · OMNI · SVMPTV

in fronte putealis:

C · CAECILI · ONESIMI
PATRO · ET · Q · Q · P · P · C · M · ADIVTOR
ET · L · HORTENSI · GALLI
Q · Q · NAVTICARIORVM
5 ET · N · TREBONI · EVTYCHETIS
Q · Q · II · ACCEPTORVM

DED · X · K · SEPT · LATERANO · ET · RVFINO a. 197
COS

Monitu sanctissimae Cereris et Nympharum hic puteus factus omni sumptu C. Caecili Onesimi, patro(ni) et q(uin)q(uennalis) p(er)p(etui) c(orporis) m(ensorum) adiutor(um), et L. Hortensi Galli, q(uin)q(uennalis) nauticariorum, et N. Treboni Eutychetis, q(uin)q(uennalis) iterum) acceptorum. — Nauticarios et acceptores aliquo modo coniunctos fuisse cum corpore mensorum adiutorum ex eo ipso cognoscitur, quod eorum quinquennales una cum quinquennali mensorum adiutorum hunc puteum fecerunt. Quocum convenit quod titulus n. 154 positus est procuratori annonae a corpore me(n)sorum frument(ariorum) adiutorum et acceptorum Ost(iensium), et quod n. 289 reperitur quinquennalis corpor(is) mensor(um) frumentarior(um) nauticarior(um) Ost(iensium). Fortasse et adiutores et nauticarii et acceptores decuriae quodammodo fuerunt corporis mensorum frumentariorum, ita ut singulis sui essent quinquennales.

3 ara (Romae) apud Montanari palm. rom. dim. lata, prope Ostiam reperta MARINI.

DEO PATRIO
CN TVRPILIVS
CN F TVRPILI
ANVS AEDIL ET
5 PR SAC VOLK FAC
SIGILL VOLKANI
EX VOTO POSVIT
ARG P XV SCRIP
IX

Legitur scripta manu ignota in Marini schedis Vaticanis. Inde edidit Marini Arv. p. 357; ex hoc Fea *viaggio ad Ostia* p. 59; Orelli 1384.

Deo patrio Cn. Turpilius Cn. f. Turpilianus, aedil(is) et pr(aetor) sac(ris) Volk(ani) fac(iundis), sigill(um) Volkani ex voto posuit. Arg(enti) p(ondo) XV scr(i)pt(ula) IX. — Deus patrius memoratur etiam in titulis qui videntur Puteolani vol. X n. 1553. 1884.

ADDITAMENTA.

I. COLONIA OSTIA. PORTVS OSTIENSIS (p. 1).

Graecas inscriptiones Ostiae et in Portu repertas nuper collegit Kaibel inscr. Graec. Ital. et Sicil. n. 914—948; unde eis quae de rebus Ostiensibus exposui nova accedunt non multa. Unum memoro, rei publicae Portuensis, quam nullam fuisse dixi p. 6 ante saeculum p. C. IV, apertissimam mentionem extare in hoc epigrammate originis incertae,

sed recte sine dubio a Kaibelio n. 941 inter Portuenses inscriptiones recepto: εἰ δ' ἐπιτολήσει τις τούτω συνθάπτεμεν ἄλλον, δώσει τῷ φίσκῳ τρεῖς δύο χειλιάδας, τόσσας καὶ Πόρτῳ καταθήσεται κτλ. Ceterum ipsum hoc epigramma saeculo IV non est antiquius.

ad p. 2. Inscriptiones Ostienses in suburbano Paccae adservatas nuper, defuncto cardinali Pacca iuniore (eius qui effossiones instituerat fratris filio), heredes eius foras vendiderunt; nunc habet eas vel maiorem partem earum Trau mercator Vindobonensis. Sed antequam Roma exportarentur, apographa earum confici iussit Fiorellius eaque cum Henzeno communicavit; ex his apographis quae nostris copiis accesserunt habes infra n. 4155. 4160 et p. 482 ad n. 4114. — [Nonnullas Romae remansisse et extare apud negotiantem rerum antiquarum *via della Mercede 11* (n. 222. 365. 605. 934. 938. 945. 956. 1405) certior fio a Stevensonio].

ad p. 9. Memorari debuit villa quam aetate Ciceroniana in litore Ostiensi habuit M. Seius aliquis, de qua multus est Varro r. r. libro III (potissimum c. 2, 7 seq. cf. 10, 1).

ad n. 2. Specimen scripturae dedit Huebner exempl. scriptur. epigr. n. 532.

ad n. 16. Vv. 4—8 delineavit Huebner n. 529.

ad n. 20. Vv. 1—6 delineavit Huebner n. 530, qui in v. 5 post EORVM, in v. 6 post ISDI habet puncta a me ommissa.

ad n. 21. V. 2 fin. typographi culpa exciderunt notae numerales. Sic igitur scribenda est inscriptio:

ISIDI · BVBA^{ti}
VENER · ARG · PIS
COR · AVR · P[—]—III
COR · ANAL · —[—]—V
5 CALTIL · DIODORA
BVBASTIACA
TESTAMENTO
DEDIT

XIV

ad n. 30. Vv. 1—4 delineavit Huebner exempl. scripturae epigraph. n. 322.

ad n. 67. Vv. 1. 4. 5 delineavit Huebner n. 321. — 4 ectypum examinanti rursus magis videtur verum esse DEDICAT; et ita Huebner.

ad n. 72. Falsum exemplum praeter auctores citatos referunt etiam Gervasio *iscr. del mus. Borb. mem. Herc. 8, 128*; Minervini *iscr. mus. Borb. p. 60 n. 80*.

ad n. 83. Vv. 1—4 delineavit Huebner apicibus omnibus omissis.

ad n. 86. Specimen scripturae dedit Huebner n. 319.

ad n. 98. Specimen scripturae (v. 3) dedit Huebner n. 320.

ad n. 113. 120. 121. Scripturae specimina dedit Huebner n. 525—527.

ad n. 119. Diem pridie nonas Apriles, quo haec basis dedicata est, natalem esse ipsius Caracallae observavit Hirschfeld *Wiener Studien f. class. Phil. 1884 p. 120 not.*

ad n. 126. Eodem loco quo nunc est, nempe insertam in exteriori pariete orientem versus in villa d(ominorum) de Sacchettis prope Ostia³ vidit iam Donius *cod. Marucell. A, 188 f. 401*.

ad n. 139. Vv. 1. 2. 7 delineavit Huebner ex scr. epigr. n. 756, qui interpunctiones non foliorum, ut ego, sed crucium (+) forma exhibet.

ad n. 160. Partem delineavit Huebner n. 533.

ad n. 163. Delineavit Huebner n. 916.

ad n. 166. Vv. 1—4 delineavit Huebner n. 535.

ad n. 168. 169. Hirschfeldius (*Wiener Studien 1884 p. 120*) observavit diem III idus Apriles, quo utraque basis a. 195 dedicata est, natalem esse eius qui tunc imperitabat Severi.

ad n. 169. Tubi plumbei huius viri nomine inscripti nuper prodierunt in urbe Roma (*notizie degli scavi 1884 p. 155*). — Partem inscriptionis lateris delineavit Huebner n. 534.

ad n. 171. Vv. 1. 2 delineavit Huebner n. 323.

ad n. 172. Huius basis, cum nuper ex muro theatri Ostiensis, in quem antiquitus coniecta erat, extraheretur, comparuit latus cum hac inscriptione, sic edita a Lancinio *not. 1886 p. 83*, cuius lectionem confirmavit Gattius:

DED · III · NON · FEB
L · EGGIO · MARVILLO · CN · PAPIRIO ^{3 Febr.}₁₈₄
AELIANO · COS ·
LOCVS · ATSIGN · PER · C · NASENN
5 MARCELLVM · CVR · PP · OPER · PVB

Cum de aetate huius Q. Petronii Melioris nihil certi constaret, conieci fuisse eum patrem Q. Petronii Melioris sodalis Augustalis anno 230; sed potest fuisse etiam eius avus. — De C. Nasennio Marcello vide ad n. 4448.

ad n. 175. V. 5 non fuit *consul[is]*, sed potius *[iuris]consul[ti]*.

ad n. 185. Vv. 2—4 delineavit Huebner n. 537.

ad n. 186. V. 2 pro IVLIVS · C scribe C · IVLIVS.

ad n. 245. Partem delineavit Huebner n. 959.

61